

trem Mathesin , cum reliqua Philosophia foecun-
 dissimo, quo Platonis & Aristotelis, imprimis verò
 Pythagoræ temporibus floruit, connubio junctam
 ad humanæ vitæ commoda certius promovenda
 non minùs, quàm ad ipsius scientiæ, summi quo
 fruimur boni, perpetuum incrementum, pro virili
 excoleret. Id quod cum æquè commodè, si so-
 lus esset, se præstiturum fore desperaret, nostrum ali-
 quot in confortium sibi adscivit, qui licet paria cum
 ipso facere non illicò possint, quæstionum tamen
 ac dubitationum objectu vim ingenii tanti, sicut
 ignem affriectus chalybi filex, ad nova subinde alia
 penitiùs scrutanda, excitare solent. Vix autem
 primò confluxeramus de famosissimâ Tetracty
 deliberaturi, cum ipsa Societatis nostræ rudimenta
 à Sereniss. Principe ac Domino DN. BERNHAR-
 DO, Saxon. Jul. Cl. ac Montium Duce &c. Domi-
 no nostro clementissimo, statim hoc nomine no-
 bilitarentur, quod laudatissimo Autori nostro spar-
 tam Directoris artium Architectonicarum supremi
 clementissimè deferret, Temetipso, Vir illustris, pri-
 mo veluti motore: qui ut Sereniss. Principi ac Do-
 mino nostro, Paternarum virtutum juxta & artium
 hæredi inclutissimo, à saluberrimis consiliis adfistis;
 ita etiam incomparabili Tuâ erga omnes bonæ
 ment-